

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Türkische Texte mit französischer Übersetzung - Cod. St.
Märgen 1**

[Straßburg?], [um 1720]

Auctor Lectori S.

[urn:nbn:de:bsz:31-161021](#)

Auctor Lectori S.



Rium simul Linguarum Institutiones Grammaticas tibi exhibeo, amice Lector, non eo fine, ut, si omnino rudis ad eorum studium accesseris, uno omnes tractu addiscere aggrediaris. Id tibi potius omnino diffundo, ac in exemplum statuo methodum, quā unum & alterum ad servitia Sacrae Cæsareæ Majestatis habilitandum hasce ipsas linguas docui, doceremque, si opus esset. Hec ergo est: Primum accedenti tyroni præscriberem, ut statim videat quomodo tractus literarum ducantur, Alphabetum, quod habes Cap. 1. pag. 1. juberemque illud memorie mandari juxta pronuntiationem, quam illi ab initio inculcandam duco. Subsequenti die ad paginam secundam accedere sinerem, & quomodo inter se connectantur literæ in eadem voce, quid singule valeant & quomodo cibinentur, serio sed breviter, explicarem, usū nempe sensim addiscendum; Ea autem exprimuntur tam in hac, quam pag. 6. cum seqq. Notasque vocales ac orthographicas pag. 9. sub finem expressas exponebam, & in memoria imprimi velle, ac statim syllabis componendis studiosum assuefacerem, propositis aliquot vocibus suas habentibus adscriptas vocales notas. Ne tamen primâ fronte deterretur à modo syllabizandi Turcico, proponerem v. g. vocem كَوْزَلَ vel كَوْزَلْ Tum quare rem ab eo qualis esset litera prima primæ vocis, diceret esse وَ sin: quid valet? dicerem; responderet, valet S. Juberem ergo scribi S: tum, illud وَ quid supra se habet? interrogarem: responderet كَوْزَلْ: quid valet كَوْزَلْ? valet e; ergo adscribe e, & sic haberet S E. Quid sequitur? وَ waw: quid valet? وَ: adscribatur ergo W & erit SEW. Illud وَ waw quid supra se habet? diceret, وَ گَزْم: quid sibi vult? quietem seu carentiam vocalis: ergo sic maneat. Progrediendum juberem, & diceret sequi وَ mim; quid valet? m: ergo adscribatur ut sit SEWM. Li وَ mim quid supra se habet? diceret كَوْزَلْ equivalentis nostro e; ergo addatur, & erit SEWME. Sequitur كَلْ kef, quid valet? k: adjiciatur, & erit SEWMEK; nec aliud addendum propter وَ گَزْم, quo ipsum كَلْ afficitur.

Subinde tamen velle assueferet modo syllabizandi Turcico, diceretque in illis vocibus سُورَمْ وَ سُورَمْ sewerüm: Sin waw ile كَوْزَلْ, sew, mim kefile كَوْزَلْ mek, sewmek: Sic in altera, sin كَوْزَلْ se, waw كَوْزَلْ we, sewe, re mim ile كَوْزَلْ rüm sewerüm. Ideoque statim illum exercere inciperem in libro Turcico notis vocalibus distincto, ac paucis post diebus librum illi darem notis illis carentem, & vel uno illi versu prälecto, nostris id literis describi curarem, ut se subinde solus exercere posset.

Tertio itaque statim die eum consolatus atque animatus ostenderem illi facilitatem declinandi Nomina Turcica, proposito illi dupli typu aut paradigmate v. g. اَرْ er, vir, ut est pag. 26. expressam, & بَابَا baba, pater pag. 28. simulque alia instar horum declinanda subjicerem, etiam cum suis Adjectivis, ut كَوْزَلْ اَرْ كَوْزَلْ er, pulcher vir, كَوْزَلْ اَرْ كَوْزَلْ erün-, pulchri viri, &c. exposito illi & exemplis dilucidato, declinatione & genere Adiectiva quodammodo carere in Turcicis, Et jam abhinc aliquot singulis diebus vocabula memoriter addiscenda præscriberem, que etiam declinari juberem, &c.

Subsequentibus uno & altero diebus paradigma utriusque Verborum æquè facilis Conjugationis exponerem sic

1. سُورَمْ sewmek, amare.

2. بَقْرَمْ bakmek, aspicere.

Indic. Praf. & Futurum.

Sing.

Pag. 22. سُورَسْ sewerüm, amo.

Pag. 122. بَقْرَسْ bakarüm, aspicio.

سُورَسْ sewersin, amas.

بَقْرَسْ bakarsyn, aspicis.

سُورَسْ sewer, amat.

بَقْرَسْ bakar, aspicit.

Pl.

سُورَرْ seweriz, amamus.

بَقْرَرْ bakaryz, aspicimus.

سُورَرْ sewersiz, amatis.

بَقْرَرْ bakarsyz, aspicitis.

سُورَرْ seweler, amant.

بَقْرَرْ bakarler, aspiciunt.

(

Im-

Imperfect.

سُورَدْمَ sewerdüm; amabam. بَقَرْدَمَ bakardum, aspiciebam.
سُورَدْنَ sewerdün-, amabas, &c.

Perfect.

سُورَدْمَ sewdüm, amavi, &c. بَقَدْمَ baktüm, aspexi, &c.

Perf. alterum.

سُورَهْشَمَ sewmisym, amavi, &c. بَقَشْمَ bakmyshym, aspexi, &c.

Plusq.

سُورَهْشَمَ اِيدَمَ sewmy's idüm, amavera- بَقَشْمَ اِيدَمَ bakmy's idüm, aspexe-
ram. ram, &c.

Imperativ.

سُورَهْ سَيْ sew, ama. بَقَ سَيْ bak, aspice.

سُورَهْ سُونَ sewsün, amet, &c. بَقَسُونَ baksün, aspiciat, &c.

Nec ulterius procedere juberem, donec ritè memorie mandaret hæc tempora cum formatione eorum, ad quam facilitandam Indicativum totum & Imperativum Verbi Substantivi simulq; auxiliaris pag. 62. & seq. diducti juberem pariter memoria mandari, & ad eum exercendum darem Latinum quotidie argumentum in Turcicum idioma vertendum, in quo subinde corrigendo suggerebam occurrentes regulas quæ sei in Grammatica ostenderem & explicarem; prælethoraque Declinatio- ne Pronominum pag. 49. expressâ, constructionem Genitivum cum altero Substantivo, de quo nonnihil pag. 57. & fusus pag. 153. explicarem & edocerem, simul & usum ac expressionem Pronomi- num possessivorum Partis 3. cap. 3. expositorum.

Præcipuas subinde præpositiones ex Cap. 2. Part. 5. decerpserem, & cum quibus construantur casibus indicarem. Tunc demum Verborum reliquos modos simul & Negativa Verba addiscere ja- berem, eumque in illis maximè exercerem, ac tandem Grammaticam ipsam scil. purè Turcicam, prætermisis adjectionibus, à capite ad calcem illi, quotidie nempe unum aut alterum caput, præ- legerem ac ritè intelligendum propinarem.

Jam tunc, exactè nempe uno aut altero mense, ex Grammatica Arabicâ aliquid prælegen- dum suaderem, in quo maximè Thomæ Erpenii Consilium ejusdem Grammaticæ Arabicæ præfixum ut sequeretur autor essem. Cumque verborum Arabicorum Nominumque inflexiones ac alia acci- dentia, sive ex dicti Erpenii alijsue Authoris, sive ex hujus meæ dispersis Capitibus urcung; addidi- cerit, tunc non pigeat illum relegere totam meam, ut scripta est, Grammaticam, & alacriter ex illa notabilem in omnibus tribus linguis profectum faciat, quod opto. Relicta cuique nec improbat. A sua methodo. Vale, & opus cum bono DEO aggredere.

ERRATA CORRIGENDA.

Pag. 22. lin. 25. corrige مِنَ الْمَلَكِ minel-melihi. p. 37. lin. 4. corr. sic حَبْلَى hubla; graviga mulier. حَبْلَى hubla. jün, ad gravidam pertinens. p. 51. lin. 33. corr. Syntaxi. p. 58. lin. 39. corr. à quattordici. p. 93. lin. 28. Lege nessärani. p. 95. lin. 6. corr. in utrumque, p. 123. lin. 28. corr. legintur. p. 135. l. 15. corr. اَسْكَلَهُ التَّنْدَنْ اَسْكَلَهُ التَّنْدَنْ. p. 159. l. 12. Lege عَاجِزَ عَاجِزَ agiz, p. 161. l. 10. scribe اَوْلَسْ اَوْلَسْ: item l. 37. corr. مِيَالْ مِيَالْ. p. 178. l. 46. Lege بَهْرَ بَهْرَ. p. 187. l. 43. scribendum erat hejjū tuwānah. p. 196. Textus Persici lin. 4. corr. يَافَتْهَ يَافَتْهَ. p. 197. l. 28. corr. دَرْ هَنْزَلْهَ دَرْ هَنْزَلْهَ. p. 198. l. 4. ante finem, notam " refert ad minuet. p. 206. l. 27. مَرْ وَ سَرْ وَ لَيْلَهَ مَرْ وَ سَرْ وَ لَيْلَهَ". Legi etiam optimè potest serū türuleri ile, i. e. capitibus cornibusque suis.

